



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

D[omi]nica xxiii. post trinitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

tum. ¶ Ad secundam responde-  
tur. negando sequentiaz. Et ra-  
tio est. qz sicut gaudium interi-  
redundat etiā ad exteriores cor-  
poris partes. ita etiam dolor inte-  
rior ad exteriora membra deriva-  
tur. vnde dicit Prover. xvij. Spūs  
tristis ericcat ossa. ¶ Ad tertiā  
respondetur. qd licet dolor tris-  
tionis sit finitus q̄tum ad inten-  
tionem sicut pena mortali pctō  
debita est habet tñ infinitā virtu-  
tem ex charitate qua in forma-  
et fm hoc potest valere ad dele-  
ctionem culpe et pene.



**D**ominica  
vicesimater-  
tia est euange-  
lium. Ab eun-  
tes pharisei.  
zc. Mat. xxij.  
Circa qd pos-

sunt sequentes questioes dispu-  
tari. ¶ Prima. vtruz cesari siue  
principi seculari sit census dan-  
dus. ¶ Secda. vtrū omnes tenea-  
mur ad sacrificia deo offerēda.  
¶ Tertia. vtrum christus comū-  
ter reprehenderit phariseos in-  
terrogantes eum. Silicet cēsuz  
dari cesari dicens eis. Cur me  
temptatis zc.



**P**rimaz  
questioez. sic  
pcedit. Et vi-  
detur qd cesar  
siue pncipi  
seculari nō sit  
census dand⁹.

¶ Primo sic. Dare censum perti-  
net ad quandam seruitutem. sed  
per aduētum xp̄i liberi facti su-  
m⁹ ab oi seruitute. fm illud Jo-  
vij. Si fili⁹ vos liberauerit. vo-  
re liberi eritis. ergo nulli est cō-  
sus dandus. ¶ Secdo sic. Ipsi p̄-  
cipes non vident esse a deo. fm  
illud Dece. vij. Ipsi regnauerūt  
z non ex me. p̄ncipes extiterūt  
zc. ergo videtur qd non est alicui  
eorum census dādus. ¶ Tertio  
sic. Non est faciendū aliqd cōtra  
institutionē diuinā. sz hoc ha-  
bet institutio diuina vt homo suo  
arbitrio regatur. fm illud Eccl.  
xv. De⁹ ab initio constituit hoīem  
et reliquit euz in manu p̄ncipi-  
ergo nō tenet homo se subicere  
alteri tanq̄ dño aut principi. qd  
psequens nec censum tribuere.  
¶ In oppositum est euangelium  
¶ Respondeo dicendum. vt san-  
ctus Thomas tangit super ep̄i-  
stolam pauli (Ro. xij. lec. j. in p̄-  
cipio.) Quidā fideles in p̄ncipi-  
ua ecclesia dicebāt frenis pote-  
statib⁹ se subici nō debere p̄p̄  
libertatē quā p̄secuti erāt a xp̄o  
fm illud Job. vij. Si filius vos  
liberauit zc. sed isti nō bene dice-  
bant. qz libertas q̄p xp̄m cōce-  
sa est. est libertas sp̄s qua libe-  
ramur a pctō et morte. Caro autē  
adhuc remanet seruituti obno-  
xia. sz etiā liberabitur in libera-  
tem glorie filioz. z ideo tūc nul-  
li subiectioni homo per xp̄m li-  
beratus erit obnoxius. nec spiri-  
tuali sez nec carnali. Unde dicit



**Loz. xv.** Cum tradiderit xps re-  
 gnum deo patri et euacuerit  
 omnem principatū et potestates.  
 Iterum autē dum corruptibilem  
 carnem gerim⁹. oportet nos do-  
 minis carnalibus subijci. Et ita  
 per aduentum xpi fideles a tri-  
 butis soluēdis sicut nec ab alijs  
 corporis penalitatibus nō sunt  
 absoluti. qz nec ipse xps seipsuz  
 ab oibus hmōi penalitatib⁹ ab-  
 soluere voluit. Vñ dicit Ambro-  
 si⁹. Et habet. rj. q. j. Si em̄ fili⁹  
 dei cēsu soluit. qz tu tāt⁹ es q̄ nō  
 putas esse soluēdū. Pontif ergo  
 conclusio respōsalis. qz cesari siue  
 principi terreno cēsus est soluēd⁹.  
 Conclusio patet ex euangelio p̄-  
 senti. Secūdo patet ex illo aposto-  
 li ad Roma. xij. Omnis aia. i. hō.  
 potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdū-  
 ta sit. Et rationem assignās ait.  
 Omnis potestas a deo est. Et in-  
 fra. Ideo qz em̄ et tributa p̄statis  
 Et assignās rationē dicit. Mini-  
 stri em̄ dei sunt in hoc. i. pro hoc  
 ipso. scz tributo recipiēdo. sūtē-  
 tes. scz deo et pplo. q̄si diceret  
 et exponit. s. tho. xbi. s. an̄ finē.)  
 Vñ q̄scz debet de suo misterio  
 viuere. fm̄ illud. j. Loz. ix. Quis  
 pascit gregem et de lacte ei⁹ non  
 edit. Et ideo cū principes nostri  
 suo regimie dei mistri sunt. a po-  
 pulo debent tributa suscipere qua  
 si stipendia sui misterij hec autē  
 tributa suscipiūt ad sui sustenta-  
 tionem. Laborant autem princi-  
 pes ad omnium pacem. Unde  
 dicit. primi. Thimotei secūdo.

Obsecro primum omnium fies-  
 ri obsecrationes. p̄regib⁹ et om-  
 nibus qui in sublimatae sunt con-  
 stituti. vt quietā et tranquillam vi-  
 tam agamus. Ab hoc tñ debito  
 liberi sunt clerici ex privilegio  
 principū. qd̄ quidē eq̄tatem ha-  
 bet naturalem. Vñ etiam apud  
 gentiles liberi erāt a tributis il-  
 li qui vanabāt reb⁹ diuinis. Les-  
 git em̄ Gen. xlvij. qz ioseph sub-  
 lecit pharoni totā terrā egypti  
 p̄ter terram sacerdonum. que  
 a rege tradita erat eis q̄bus et  
 statuta cibaria ex horreis publi-  
 cis p̄bebant. Et hoc q̄dem oīno  
 equum est. qz sicut reges solici-  
 tudinem habēt de bono publico  
 in temporalibus ita ministri dei  
 in spiritualibus. et sic per hoc qz  
 deo in spiritualibus ministrant  
 recompensant regi qz pro pace  
 eorum laborat. Concludit ergo  
 apostolus. Reddite ergo oibus  
 debita. cui tributū tributū. cui ve-  
 ctigal vectigal. Et quo patet qz  
 ex necessitate iusticie tenēf sub-  
 diti sua iura principibus exhibe-  
 re. Et ideo in euangelio nostro d̄r  
 Reddite que sunt cesaris cesari  
 et ad ratios in oppositū. Ad  
 primam patet responsio ex di-  
 ctis. Liberavit enim christus p̄-  
 nunc fideles a seruitute diabo-  
 li. et non a seruitute huius mun-  
 di. vt dictum est. Ad secundaz  
 respondetur. negando consequē-  
 tiam. Et ratio est. quia non tan-  
 tum obediendum est bonis et mo-  
 destis. s. etia discolor. j. Petri. ij.



Dñica. xxiij. post trinitatem.

Pro quo notandum qd (vt dicit  
 scñs tho. vbi sup post pñcipiũ.)  
 regia potestas vel cuiuscũq; al  
 terius dignitatis potest pñdera  
 ri q̄tum ad tria. Vno quidẽ mo  
 do q̄tum ad ipsam potestatem. et  
 sic est a deo per quem reges re  
 gnant. quicqd em̄ cõmunit̄er di  
 citur de deo ⁊ creaturis a deo in  
 creaturas derivat. sicut p̄tz de  
 sapiẽtia. Eccl. i. Dis sapiẽtia a  
 dño deo est. Potestas aut̄ de deo  
 dicitur ⁊ de oibus. Job. xxxvj.  
 De⁹ potẽtes nō abicit. cũ ⁊ ipse  
 sit potẽs. vnde p̄sequẽs est qd hu  
 mana potestas sit a deo. Daniel  
 iij. Dominabit̄ excelsus in re  
 gno hoim. ⁊ cuiuscũq; voluerit da  
 bit illd̄ Job. xij. Nō haberes po  
 testatẽ aduersus me vllã nisi da  
 tum esset tibi de sup. Alio mo  
 do potest pñderari q̄tus ad mo  
 dum adipiscẽdi potestatem. et sic  
 quicq; potestas est a deo qñ scz ali  
 quis ordinariẽ potestatem adipi  
 scitur s̄m illd̄ ad Heb. v. Nemo  
 sibi honorẽ assumat. sed qui vo  
 cat̄ a deo tanq̄ aaron. Quicq; nō  
 nō est a deo sed ex perverso ho  
 minũ appetitu. qui per ambitio  
 nem vel quocũq; alio modo po  
 testatẽ adipiscuntur. Amos. vj.  
 Nunqd̄ nō in fortitudine nostra  
 assumpsim⁹ nobis cornua. Ter  
 tio potest pñderari q̄tũ ad vsum  
 ipsius. ⁊ sic quicq; est a deo. puta  
 cuz aliquis s̄m p̄cepta diuine  
 iusticie vtitur cõcessa sibi pote  
 state. s̄m illud p̄verb. viij. Per  
 me reges regnant ⁊ legũ condi

tores iusta decernunt. Quãdoq;  
 autem nō est a deo. puta cuz ali  
 qui potestate sibi data vtunt̄ cõ  
 tra diuinã iusticiã. s̄m illud ps.  
 Abiterũt reges terre ⁊ pñcipes  
 tẽ. sequitur. Aduersus dñm eẽ.  
 ¶ Ad tertiã respõdetur negan  
 do pñam. Et ratio est. qd vt di  
 cit scñs tho. ij. q. ciiij. ar. i. ad  
 primũ. Deus reliquit hoim in  
 manu cõsilij sui. non qd liceat ei  
 facere oia que vult. sed quia ad  
 id qd faciendũ est nō cogitur ne  
 cessitate nature. sicut creature  
 irrationabiles. s̄ libera electio  
 ne ex p̄prio consilio pcedente. ⁊  
 sicut ad alia faciendã debet p̄ce  
 dere p̄prio cõsilio. ita etiã ad hoc  
 qd obediat ipse superioribus. Di  
 cit enim Grego. vltimo moral.  
 Dum aliene volũtati humiliter  
 subdimur nosmetipsos in cor  
 de superamus.



**D** secundas  
 questionez sic  
 pceditur. ⁊ vi  
 det qd nō oēs  
 teneãt ad sa  
 crificia deo of  
 ferẽda. ¶ Pri  
 mo sic. Dicit apls Rom. ij. Que  
 cunq; lex loq̄tur his qui sunt in  
 lege loq̄tur sed lex de sacrificijs  
 non fuit oibus data sed soli po  
 pulo hebreoz. ergo non omnes  
 ad sacrificia tenentur. ¶ Secun  
 do sic. Sacrificia deo offeruntur  
 ad significadũ. sed nō est omnia  
 huiusmodi significatiões intrin



ligere. ergo non omnes tenentur ad sacrificia offerenda. ¶ Tercio ex hoc sacerdotes dicunt q̄ deo sacrificium offerunt. sed nō oēs sunt sacerdotes. ergo nō omnes tenentur etc. ¶ In oppositum est euāgelii dicens. Reddite q̄ sunt dei. ¶ Rñdeo dicēdū sub certis conclusionibus. Prima est q̄ offerre sacrificiū deo est de lege nature. Pr̄ ista cōclusio. qm̄ vt habetur. ij. ij. q. lxxxv. ar. j. Naturalis ratio dicitur homini vt ali cui superiori subdatur p̄pter defectus quos in seipso sentit. in quibus ab aliquo superiori eget adiuuari et dirigi. et quicqd̄ illud sit. hoc est qd̄ apud hoīes dicitur deus. Sicut autē in rebus naturalibus naturaliter inferiora superioribus subduntur. ita etiam naturalis ratio dicitur homini fm̄ naturale inclinationē. vt ei qd̄ supra hoīem est subiectione et honorez exhibeat fm̄ modum suū. Est autē modus cōueniēs homini vt sensibilib⁹ signis vtatur ad aliqua expr̄imenda qz ex sensibilibus cognitionē accipit. Et ideo ex naturali ratione p̄cedit q̄ homo quibusdā sensibilib⁹ rebus vtatur offerans eas deo in signū debite subiectionis et honoris. fm̄ similitudinē eorum q̄ dñs suis aliqua offerunt in recognitionē domini. hoc autē pertinet ad rationē sacrificij. et ita oblatio sacrificij p̄tinet ad ius naturale. et in hoc omnes cōueniunt. sed determinatio sacrificij

eorum est ex institutione humana vel diuina. et in hoc nō conueniunt oēs sed differunt. ¶ Secunda conclusio. soli deo est sacrificiū offerendū. Pr̄ conclusio (vbi supra. ar. ij.) Oblatio sacrificij fit ad aliquid significandū. significat autem sacrificiū qd̄ offertur exterius. interius spirituale sacrificiū quo aīa seipsam offert deo fm̄ illud ps̄. Sacrificiū deo spūs tribulatus. qz exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. anima autē se offert deo in sacrificiū sicut principio sue creationis. et sicut fini sue beatificationis. sed fm̄ verā fidem solus deus est creator animarū nostrarū. et in solo eo etiam anime nostre beatitudo consistit ergo soli deo summo debem⁹ sacrificiū spirituale offerre. et ita soli ei debemus offerre exteriora sacrificia. sicut etiam orātes atqz laudātes ad eum dirigim⁹ significātes voces. cui res ipsas in corde quas gerim⁹ offerim⁹. vt dicit augu. x. de ciuitate dei. ¶ Tercia cōclusio. oēs tenemur ad sacrificia offerenda. Probat cōclusio. Sacrificiū offerre est de lege nature vt dicit p̄ma conclusio. sed ad ea que sunt legis nature oēs tenemur. ergo oēs tenemur ad sacrificiū deo offerendum. Pro qua cōclusionē notādū q̄ vt dicit sc̄tus tho. vbi supra. art. iij. duplex est sacrificium. quorū primū et p̄ncipale est interius. ad quod oēs tenemur deo



Dominica. lxxij. post trinitatē.

denotam mentes offerre. Aliud est sacrificiū exterius. quod in duo diuidit. nam quoddā est qd̄ ex hoc soluz laudē habet q̄ deo aliquid exterius offerat in pro- testationē diuine subiectiūis. et ad hoc aliter tenetur illi q̄ sunt in lege noua vel veteri aliter q̄ non sunt sub lege. naz illi q̄ sunt sub lege tenentur ad determina- ta sacrificia offerenda s̄m legis p̄cepta. Illi vero qui non sunt sub lege tenebatur ad aliqua ex- terius faciēda in honore diuinū s̄m decentiaz ad eos inter quos habitabāt. nō sicut determinate ad hoc vel illa. Aliud vero est ex- terius sacrificiū q̄ act⁹ exte- rior virtutū in diuinā reuerētiaz assumuntur. puta cū aliquis ele- mosinā facit de rebus p̄p̄is p̄- pter deum. vel cum aliq̄s p̄p̄iū corpus alicui afflictioi. subicit p̄pter diuinā reuerentiā. et s̄m hoc actus aliarū virtutū sacrifi- cia dici possunt. quorū quidem cadunt sub p̄cepto ad quos oēs tenentur. quidā nō sunt superero- gationis ad quos nō oēs tenen- tur. Item nota q̄ s̄m qd̄ est tri- plex hoīs bonum. C̄t̄ habet vbi supra. ar. iij. ad sc̄dm. Ita potest distingui triplex sacrificiū. Pri- mum quidē est bonū anime. qd̄ deo offertur interiori quodā sa- crificio per deuotionē ⁊ oratio- nē ⁊ alios h̄mōi interiores act⁹. ⁊ hoc est principale sacrificiū. Sc̄dm est bonū corporis. quod deo quodāmodo offertur p̄ mar-

tyrium ⁊ abstinentiā seu conti- nentiam. Tertius bonum est ex- teriorum rerum. de quo sacrifi- cium offertur deo directe quidē quando immediate res nostras deo offerimus. mediate autem quando eas cōmunicamus pro- ximis p̄pter deum. C̄t̄ ad ratio- nes in oppositum. C̄t̄ ad primas respōdetur q̄ ad illa determina- ta sacrificia q̄ in lege erāt p̄- cepta non omnes tenebatur. tenebantur tamen ad aliqua sacrifi- cia interiora siue spiritualia vel exteriora vt dictū est. C̄t̄ ad sc̄dam respōdetur negādo conse- quentiā. Et ratio est. quia lz non oēs sciunt explicite virtutē sa- crificiorū. sciunt tamen implici- te. sicut etiam habent fidem im- plicitā. Unde magister alexan- der de h̄alis ad questionē. vtrū offerentes sacrificia tenebatur intelligere significationes eorū dicit. q̄ sicut nos dicimus intel- ligere articulos fidei implicite ⁊ explicite. ⁊ intelligere explici- te articulos fidei tenentur p̄- lati. sicut dicit. j. petri. iij. Para- ti omni poscenti reddere ratio- nem de ea que in vobis est fide ⁊ spe. Implicite vero tenentur simplices soluz. Ita in veteri te- stamento perfecti vt doctores ⁊ sacerdotes tenebatur intelligere significationes sacrificiorū. hoc est vt intelligerent ipsa sa- crificia esse signa futuri sacrifi- cii redēptionis. Simples vero solum tenebantur intelligere q̄



sacrificia erant deo ea ratione qua sibi placuit offerenda. et hoc implicite continebatur quod essent signa. quia ratione significatio nis futuri sacrificij voluit ea deus sibi offerri. Ad tertiã respondetur negando consequentiã. Et ratio est. tum quia sacerdotes etiam offerunt sacrificia que sunt specialiter ordinata ad cultum diuinum. non solum pro se sed etiam pro alijs. tum quia quedam sunt alia sacrificia de quibus quis potest pro se deo offerre. vt ex dictis patet.



**D** tertiã questione sic proceditur. et videtur quod christus non conuenienter reprehendit phariseos interrogantes eum. Si licet census dare cesari dicens eis. Cur me temptatis hypocrite. Primo sic. illi dicendo. Magister scimus quia verax es. et viam dei in veritate doces. dixerunt veritatem. ergo in hoc non erant hypocrite. quia hipocrisis siue simulatio opponitur virtuti que dicitur veritas. Secundo sic. hipocrisis est simulatio qua quis simulat personam alterius. sicut cum peccator simulat personam iusti. sed isti in hoc actu non simulauerunt personas aliquorum aliorum. ergo videtur quod non erant hypocrite. ergo inconuenienter sic

reprehensi sunt. Tertio sic. de eo quod non est peccatum non videtur quis publice redarguendus. quia peccata venialia omnibus videntur esse communia. sed hipocrisis aut simulatio non videtur esse peccatum mortale semper sicut nec mendacium. ergo etc. In oppositum est euangelium. vbi christus ita ad eos loquitur. Respondedo dicendum quod christus conuenienter sic reprehendit. Pro quo notandum quod vt dicit nicolaus de lyra super hoc euangelio. quod tempore quo christus erat in iudea reddebatur census cesari siue tributum. surrexit quidam nomine iudas natione galileus. qui dicebat hoc esse illicitum de iudeis quod scilicet recognoscerent aliquem dominum in terris. sed solum deum qui in celis est. et multos traxit ad se. vt habetur Act. v. et Josephus idem refert ex libro antiquitatum. et ex tunc aliquid adhibebat huic opinioni. quia ista opinio erat pro libertate populi. et pro honore ipsius dei videbatur. Contrario autem alij asseriebant quod erat licitum dare tributum romanis. quia pro defensione terre militabant. et ab hostibus et latronibus defendebant et pacem inter homines conseruabant et iusticiam. Hanc autem questionem pharisei maliciose proposuerunt christo. vt si diceret. non esse licitum. statim caperetur tanquam contrarius imperatori. si



**Dominica. xxiiij. post trinitatem.**

sunt diceret esse licitum. videres  
esse contrarius libertati popu-  
li et diuino honori. et sic incur-  
ret malinosetiam populi. et ideo  
christus cognita nequitia eorum.  
ait. Quid me temptatis hypocri-  
te. quasi diceret. Non queritis ve-  
ritatem addiscere sed me verbis  
capere. et propter hoc eos vocat  
hypocritas. quia aliud petebant  
et aliud intendebant. ¶ Ad ratio-  
nes in oppositum. ¶ Ad primam  
respondetur. negando conseque-  
ntiam. Et ratio est. quia christus  
non reprehendat eos de verbis  
illis quia vera erant. sed quia per  
ea aliud pretendebat. scilicet eum  
in verbis capere. sicut dictum est.  
¶ Ad secundam respondetur. ne-  
gando minorem. quia isti simu-  
lauerunt personas volentium ad-  
discere veritatem. cum tamen ipse  
essent persone non que querere et  
veritatem sed que velint decipe-  
re et verbis capere hominem.  
¶ Ad tertiam respondetur. ne-  
gando consequentiam. Et ratio  
est. quia licet non omnis simula-  
tio aut hypocrisis sit peccatum  
mortale. Ita tamen erant sicut  
dicimus de mendacio quod est pec-  
catum mortale quando est perni-  
ciosum. sic hypocrisis est pecca-  
tum mortale quando est pernicio-  
sa cedens in nocumentum alte-  
rius persone. cuius erat ista pha-  
riseorum hypocrisis cum cederet  
in nocumentum persone christi.  
quia ad capiendum eam verbis  
ordinata erat.



**D**ominica  
xxiiij. est ena-  
gelium. Lo-  
quere iesua.  
Matthei. ix.  
Et quia in euan-  
gelio fit men-  
tio de duobus miraculis potest  
disputari de utroque. ¶ Circa pri-  
mum. vtrum sine tactu diuine gra-  
tie potest anima resuscitari de  
morte peccati. ¶ Secundo. vtrum  
tactus siue infusio gratie preco-  
dat expulsionem peccati. ¶ Ter-  
tio. vtrum conuenientius attri-  
buatur fidei operatio miraculo-  
rum quam alteri virtuti.



**D** primam  
questionem sic  
proceditur. Et  
videtur quod sine  
tactu ac infu-  
sione gratie pos-  
sit anima resu-  
scitari de morte peccati. ¶ Pri-  
mo sic. Minus videtur esse resus-  
cicare animam de morte pecca-  
ti ad vitam quam est creare de nouo  
animam. sed deus creat et dat vi-  
tam anime naturalem sine me-  
rito ergo pariter hinc. ¶ Secundo  
sic. Ysa. xliij. Dicit dominus Ego sum  
qui deleo iniquitates tuas pro-  
pter me. ergo expulsio mortis  
peccati est ante omnem infusio-  
nem gratie. ¶ Tertio sic. abachuc  
ij. Iustus ex fide vivit. ergo vivi-  
ficare conuenit fidei. non ergo  
est effectus gratie proprius. ¶ In